



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

13. Quomodo Rex Antiochus ob prophanatum et spoliatum templum Hierosolymitanum, varijs malis ac doloribus afflictus, miserrima morte interijt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

unt, laudasti: Porrò Deum qui habet flatum
in manu sua, & omnes vias tuas, non glo-
rificasti. Idcirco ab eo missus est articulus ma-
is, quæ scripsit hoc quod exaratum est: Hæc
autem scriptura quæ digesta est: Mane The-
cel Phares, & hæc interpretatio sermonis: Ma-
numeravit Deus regnum tuum, & comple-
vit illud. Thecel, appensus es in statera: & in-
ventus es minus habens. Phares diuisum est
regnum tuum, & datum est Medis & Persis.
Tunc iubente rege, indutus est Daniel purpu-
ra, & circumdata est torques aurea collo eius,
& prædicatum est de eo quod haberet potesta-
tem tertius in regno. Eadem nocte interfectus
est Balthasar rex Chaldæus, & Darius Medus
accessit in regnum annos natus sexaginta
duos.

*libr. 1. Machabeorum cap. 1. 2. & 6. Rex
Antiochus ob prophanatum & spoliatum
templum Hierosolymitanum, varijs malis
& doloribus afflictus miserrima morte in-
terijt.*

CAP. XIII.

Antiochus postquam percussit Aegyp- *In hoc capite*
tum, ascendit Hierosolymam. Et intra- *videre est*
uit in sanctuarium cum superbia, & ac- *quãdã imagi-*
cepit altare aureum, & candelabrum luminis, *nem nostrorũ*
& vasa eius, & mensam propositio- *infeliciũ*
nis, & libatoria & phialas, & mortariola au- *temporum.*
tem, & velum, & coronas, & ornamentum au-
tem, quod in facie templi erat, & cõminuit
omnia.

Aa 2

omnia. Et accepit aurum & argentum, & vasa
 concupiscibilia, & accepit thesauros occul-
 tos, quos inuenit, & sublatis omnibus abiit in
 terram suam, &c. Et post duos annos dierum
 misit rex principem tributorum in ciuitates
 Iuda. Et locutus est ad eos verba pacifica in do-
 lo, & crediderunt ei. Et irruit super ciuitatem
 repente, & percussit eam plaga magna. Et ac-
 cepit spolia ciuitatis. Et posuerunt illic gen-
 tem peccatricem, viros iniquos, & conualue-
 runt in ea. Et posuerunt arma & escas, & con-
 gregauerunt spolia Ierusalem, & reposuerunt
 illic, & facti sunt in laqueum magnum. Et fa-
 ctum est hoc ad insidias sanctificationi, & in
 diabolium malum in Israel. Et effuderunt san-
 guinem innocentem per circuitum sanctifica-
 tionis, & contaminauerunt sanctificationem,
 & fugerunt habitatores Ierusalem propter e-
 os, & facta est habitatio exterorum, & facta est
 externa semini suo, & nati eius reliquerunt eam.
 Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo,
 dies festi eius conuersi sunt in luctum, sabbata
 eius in opprobrium, honores eius in nihili-
 lum. Secundum gloriam eius multiplicata est
 ignominia eius, & sublimitas eius conuersa
 est in luctum. Et scripsit rex Antiochus omni
 regno suo, vt esset omnis populus vnus. Et re-
 liquerunt vnusquisque legem suam, & con-
 senserunt omnes gentes secundum verbum
 regis Antiochi. Et multi ex Israel consense-
 runt ei, & sacrificauerunt idolis, & coinqui-
 nauit

& vasa
 occul-
 abijt in
 hierum
 uitates
 a in do-
 nitatem
 Et ac-
 lic gen-
 ual ue-
 & con-
 fuerunt
 . Et fi-
 i, & in
 unt sa-
 nctifica-
 tionem,
 ppter e-
 facta est
 runt ea.
 litudo,
 sabbat-
 in nihi-
 icata est
 onuerfa
 us omni-
 . Et re-
 & con-
 verbum
 nsenfe-
 oinqui-
 nauit

auerunt sabbatum. Et misit rex Antiochus
 libros per manus nunciorum in Ierusalem, &
 omnes ciuitates Iudæ, vt sequerentur leges
 gentium terræ, & prohiberent holocausta &
 sacrificia & placationes fieri in templo Dei, &
 prohiberent celebrari sabbatum & dies solen-
 nes. Et insit coinginari sancta, & sanctum
 populum Israel. Et iussit relinquere filios in-
 circuncisos, & coinquinari animas eorum in
 omnibus immunditijs & abominationibus,
 vt obliuiscerentur legem, & immutarent
 omnes iustificationes Dei. Et quicumque non
 fecissent secundum verbum regis Antiochi,
 morerentur. Secundum omnia verba hæc scri-
 psit omni regno suo, & præposuit principes
 populo, qui hæc fieri cogerent, & quicumque
 obseruabat legem domini, secundum edictum
 regis trucidabant eum, & mulieres quæ cir-
 cuncidebant filios suos, trucidabantur. Et mul-
 ti de populo Israel defnierunt apud se, vt nõ
 manducarent immunda, & elegerunt magis
 mori, quàm cibus coinquinari immundis, &
 vltuerunt infringere legem Dei sanctam, &
 trucidati sunt. Porrò Matathias, cùm sollici-
 taretur, vt faceret iussum regis, promittere-
 turque illi amicitia regis, auriq̃ue & argenti
 munerem multa, respondit magna voce: Etsi o-
 mnes regi Antiocho obediant, vt discedant v-
 nquique à seruitute legis patrum suorum,
 consentiant mandatis eius, ego & filij mei,
 & fratres mei obediemus legi patrum nostro-
 rum.

rum. Propitius sit nobis DEVS, non est nobis
 vtile, relinquere legem & iustitias Dei. Non
 audiemus verba regis Antiochi, nec sacrificabi-
 mus transgredientes legis nostræ mandata,
 vt eamus altera via. Omnis qui zelum habet
 legis, statuens testamentum, exeat post me. Et
 fugit ipse & filij eius in montes, & reliquerunt
 quæcunque habebant in ciuitate. Tunc descē-
 derunt multi, quærentes iudicium & iustiti-
 am in desertum, & sederunt ibi ipsi & filij e-
 ius, & mulieres eorum, & pecora eorum, quo-
 niam innudauerunt super eos mala. Congre-
 gati deinde sunt ad Matathiam omnes volun-
 tarij in lege, & omnes qui fugiebant à malis,
 additi sunt ad eos, & facti sunt illis ad firma-
 mentum. Et collegerunt exercitum & percus-
 serunt peccatores in ira sua, & viros iniquos
 in indignatione sua, & cæteri fugerunt ad na-
 tiones, vt euaderent. Et circumiuit Matathias
 & amici eius, & destruxerunt aras, & circum-
 ciderunt pueros incircuncisos, quotquot in-
 uenerunt in sinibus Israel in fortitudine. Et p-
 secuti sunt filios superbiæ, & prosperatum est
 opus in manibus eorum. Et obtinuerunt legem
 de manibus gentium, & de manibus regum, &
 non dederunt cornu peccatori. Et appropin-
 quauerunt dies Matathiæ moriendi, & dixit
 filijs suis: Nunc confortata est superbia, & ca-
 stigatio, & tempus euersionis, & ira indigna-
 tionis. Nunc ergo ò filij æmulatores estote le-
 gis, & date animas vestras pro testamento pa-
 trum.

rum. Et mementote operum patrum quæ fe-
 cerunt in generationibus suis, & accipietis
 gloriam magnam & nomen æternum. Abra-
 ham nõne in tentatione inuentus est fidelis,
 & reputatũ est ei ad iustitiam? Ioseph in tem-
 pore angustia sue custodiuit mandatum, & fa-
 ctus est dominus Aegypti. Phinees pater no-
 ster zelando Zelum Dei, accepit testamentum
 sacerdotij æterni. IESVS dum impleuit ver-
 bum, factus est dux in Israel. Caleph dum te-
 stificatur, in Ecclesia accepit hæreditatem. Da-
 uid in sua misericordia consecutus est sedem
 regni in sæcula. Elias dum zelat Zelum legis,
 receptus est in coelum. Ananias, Azarias, &
 Misahel credentes, liberati sunt de flamma.
 Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore
 leonum. Et ita cogitate per generationem &
 generationem, quia omnes qui sperat in eum,
 non infirmantur. Et à verbis viri peccatoris
 circumuertitis, quia gloria eius sterco & ver-
 mis est. Hodie extollitur, & cras non inuenie-
 tur: quia conuersus est in terram suam, & co-
 gitatio eius perijt. Porrò Antiochus ille sa-
 cerdotum omnium prophanator ac direptor, cũ *1. Mach. 6.*
 de Iudeorum victoria & suorum strage cog-
 nouisset, (vide obsecro etsi seram, seriam ta-
 men Dei vindicis ultionem) expauit & com-
 motus est valde, & decidit in lectum, & inci-
 dit in languorem præ tristitia, quia non est fa-
 ctum sicut cogitabat. Et erat illic per dies mul-
 tos, quia renouata est in eo tristitia magna, &

arbitratus est se mori. Et vocauit omnes amicos suos, & dixit illis: Recessit somnus ab oculis meis, & concidi & corruui corde præ sollicitudine. Et dixi in corde meo: In quantum tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitię, in qua nunc sum, qui iucundus eram & dilectus in potestate mea. Nunc verò reminiscor malorum quę feci in Ierusalem: vnde & abstuli omnia spolia aurea & argentea, quę erant in ea, & misi auferre habitantes Iudęam sine causa. Cognoui ergò, quia propter eam inuenerunt me mala ista, & ecce pereò tristitia magna in terra aliena. Quomodo autem & quàm fœda & horrèda morte perierit, plenus refertur lib. 2. Machabæorum cap. 9. Cum enim elatus ira, arbitraretur se iniuriam illorum qui se fugauerant, posse in Iudęis retorque, iussit agitari currum suum, sine intermissione agens iter, cœlesti eum iudicio perurgente, eo quod ita superbè locutus est, se venturum Hierosolymam, & congeriem sepulchri Iudæorum eam facturum. Sed qui vniuersa conspicit Dominus Deus Israel, percussit eum insanabili, & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc sermonem, apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta. Et quidem tatis iustè, quippè qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera, licèt ille nullo modo à sua malitia cessaret. Super hoc autem superbia repletus, ignem spirans animo in Iudæos, & præcipiens accer-

lera-

lerari negotium, contigit illum impetu eun-
 dem de curru cadere, & graui corporis collifi-
 sione membra vexari. Iſque qui ſibi videbatur
 etiam fluctibus maris imperare, ſupra huma-
 num modum ſuperbia repletus, & montium
 altitudines in ſtatera appendere, nunc humi-
 litas ad terram in geſtatorio portabatur, ma-
 niſeſta Dei virtutem in ſemetipſo conteſtans,
 na vt de corpore impij, vermes ſcaturirent,
 & viuentes in doloribus carnes eius effluerēt,
 odore etiam illius & foetore exercitus graua-
 retur. Et qui paulo ante ſidera cœli continge-
 re ſe arbitrabatur, eum nemo poterat propter
 intolerantiam foetoris portare. Hinc igitur
 cepit ex graui ſuperbia ductus, ad agnitionem
 ſui venire, diuina ammonitus plaga, per mo-
 menta ſingula doloribus ſuis augmenta capi-
 entibus. Et cū nec ipſe iam foetorem ſuum
 ferre poſſet, ita ait: Iuſtum eſt, ſubditum eſſe
 Deo, & mortalem non paria Deo ſentire. Ora-
 tur autem hic ſceleſtus dominum, à quo non
 eſt miſericordiam conſecuturus, & ciuita-
 tem ad quam feſtinans veniebat, vt eam ad ſo-
 lum deduceret, ac ſepulchrum congeſtorum
 faceret, nunc optat liberam reddere, & Iuda-
 eos, quos nec ſepultura quidem ſe dignos habi-
 turum, ſed auibus ac feris diripiēdos traditu-
 rum, & cum paruulis exterminaturum dix-
 erunt, & quales nunc Athenienſibus facturum pol-
 licetur: templum etiam ſanctum, quod prius
 ſpoliauerat, optimis donis ornaturū, & ſan-

Et a vasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus de redditibus suis præstaturum. Super hæc & Iudæum se futurum, & omnem locum terræ perambulaturum, & prædicaturum Dei potestatem. Sed non cessantibus doloribus (superuenerat enim in eum iustum Dei iudicium) commendat filium suum Iudæis. Igitur homicida & blasphemus pessimè percussus, & ut ipse alios tractauerat, peregrè in montibus miserabili obitu vita functus est. Quod autem poenitentia ductus, misericordiam non sit consecutus, huius rationem reddit Lyranus, nempe poenitentiam eius non fuisse veram, non enim fuit propter offensam Dei, sed tantum propter euasione[m] corporalis flagelli, eoque non fuit misericordiam consecutus, nec in culpæ nec in poenæ remissione.

In cap. 9. lib.
2. Mach.

Ex lib. 1. Machabæorum cap. 9. Alcimus præcipiens destrui muros domus sanctæ interioris, admirabili plaga repente diuini percussus.

C A P. X I V.

ANno centesimo quinquagesimo tertio, mense secundo, præcepit Alcimus destrui muros domus sanctæ interioris, & destrui opera prophetarum. Et coepit destruire. In tempore illo percussus est Alcimus, & impedita sunt opera illius, & occlusum est os eius, & dissolutus est paralyti, nec ultra potuit loqui verbū, & mandare de domo sua. Et mor-